

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 121. Ciamontus Bentivoliorum suasu Bononiam, Papamque capere tentat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

ge, ut præstituta die Bononiam, ubi Pa- Sæcul. XVI.  
pa esset, reverterentur, illi vero hujus ab- A.C. 1510.  
sentiæ opportunitate usi, sibi securitatis  
literas a Florentinis procurarunt, ut, quam-  
diu ipsis liberet, Florentiæ commorari  
possent; postea tamen securitati suæ ma-  
gis consulturi paulo post Mediolanum  
concesserunt, insuper habitis tam promis-  
sis, minis, auroque, quam beneficiorum  
pollicitationibus, aliisque variis mediis,  
quæ summus Pontifex, ut eos ad suum  
obsequium reduceret, frustra adhibebat.

### §. CXXI.

*Ciamontius Bentivoliorum suasu Bo-  
noniam, Papamque capere  
tentat.*

**A**ffidua erat adversus Julium Bentivo- Marian. ib.  
liorum indignatio, qui se Bononia a Paris de  
liquot ante annos depulsos dolentes, Graffis t. 3.  
nonnisi vindictam meditabantur, tandem- p. 597.  
que opportunam sibi offerri occasionem Raynald. hot  
existimabant, comperientes, Papam Bo- ann. n. 22. &  
noniae morari. Ergo ne ultionis consi- 23.  
lum successu careret, Ciamontium Ma-  
rescallum adeunt, eidemque se Bonon-  
iam vi invasuros, Papamque Gallis tra-  
dituros pollicentur, simulque rei exequen-  
dæ facilitatem exponunt, dummodo &  
ipse ope sua non deesset, cum vero de  
prospero hoc successu præcipuum ipsi e-

L 5 molu-

Sæcul. XVI. molumentum haberent, sese etiam pri-  
 A.C. 1510. mos ad gravissima quævis discrimina  
 offerebant, dicentes Calvimontio: non  
 æquitati consonum foret, ni omnes im-  
 penderemus vires in ejusmodi negotio,  
 cuius executionem a te non ex offi-  
 cii debito, sed a benevolentia tuæ im-  
 pulsu præstolamur, „ nec deest nobis in-  
 ter Bononienses frequens Amicorum  
 „ numerus, quorum studium in nos sa-  
 „ tis perspectum habemus, calamitatem  
 „ enim vicemque nostram & ipsi do-  
 „ lent; quamprimum ergo te nobis fa-  
 „ vere, atque Gallorum exercitum no-  
 „ bis opitulari comperient, protinus &  
 „ & ipsi ad arma conclamabunt, bona,  
 „ vitamque profusuri, ut nos a duro Pon-  
 „ tificis jugo (\*) liberent. „ Ciamon-  
 tius

(\*) Ita pro arbitrio suo Bentivoliorum ora-  
 tionem instruit Continuator; Ast longe aliam  
 de Pontifice fuisse Bononiensium opinionem te-  
 stantur Raynaldus, & Paris de Grassis, quos  
 Continuator allegat; hic disertis verbis affir-  
 mat, Audito Gallorum adventu populus Bo-  
 noniensis arma capit pro Pontificis tutela, sua-  
 que, . . . ac cum vidissent Pontificem ti-  
 mere de seipso, flebili pietate commoti, ap-  
 plausissime clamant, bonorum ipsorum ani-  
 mum persuadent, unitatem & auxilium polli-  
 centes

tius horum sermone excitatus itineri se <sup>Sæcul. XVI.</sup> accinxit, atque ad Crepolanam urbem <sup>A. C. 1510.</sup> nonnisi decimo lapide Bononia diffitam, tentoria fixit.

### §. CXXII.

*Pontificis aula Bononiæ timore  
perculta.*

Eodem adhuc die Ciamontius Bononiam pertingere, ac urbem ingressus totam Curiam Romanam capere potuisset, si Bentivoliorum sollicitationibus cessisset; hi enim, ne ibi subsisteret, vehementer instabant; ille vero rem ad alteram diem differri, omnino statuit, hac autem sua cunctatione consilium exequendi occasionem prætermisit: Nihilominus *Raynald.* ob ejus adventum ingens erat Optima-<sup>hoc ann. n. 23.</sup> tum consternatio, præcipue vero Aulæ Pontificiæ; cum enim hæc nonnisi Viris Ecclesiasticis, qui omnes inermes erant constaret, hinc imminente periculo eo citius terrebantur; nec inanis erat illorum timor, eo vel potissimum nomine, quod Equites Galli Bononiam usque excurrentes

---

centes . . . Galli his auditis media nocte ad Papam humillime mittunt nuncios, qui veniam de machinatis, & ut impune abire liceat, suppliciter petunt, quod Pontifex benigne concessit, populo licet reclamante.